



## **Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Constitutiones Variorum Pontificum in præcedentibus Editionibus  
desideratas, summoque studio hinc inde conquisitas complectens

**Luxemburgi, 1741**

11. Ex commissio, &c. Bulla ad unionem reddituum Prioratus Satigniaci,  
Ordinis S. Augustini, cum Mensa Capitulari Eccles. Gebenuensis: an. 1512.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74514](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74514)



factam, & per Nos admiffam apud Sedem eandem vacaverit & vacet ad præfens, nullusque de illa præter Nos hac vice difponere poterit, five poffit, Refervatione & Decreto obfiftentibus fupradictis.

Et ficut exhibita Nobis nuper pro parte dilectorum Filiorum Capituli Ecclefiæ Gebennensis petitio continebat, fi dicta Parochialis Ecclefiæ, quæ dum pro tempore vacat ad præfentationem eorundem Capituli videlicet Canonorum & Hebdomarii ejusdem Ecclefiæ Gebennensis, de antiqua & approbata hætenusque pacifice obfervata confuetudine pertinet, & in cujus Parochia Capitulum præfati certas præbendas & alios redditus immixtos redditibus ipfius Parochialis Ecclefiæ habent & percipiunt, Menfæ Capitulari ipfius Ecclefiæ Gebennensis perpetuo uniretur, annecteretur & incorporaretur, ex hoc profecto contentionibus & quæftionum materiis, quæ fæpius inter eosdem Capitulum, ac pro tempore exiftentem Rectorem ejusdem Parochialis Ecclefiæ occasione dictorum reddituum oriuntur, ac oriri poffent, obviaretur, finisque imponeretur, & propter hoc cura animarum Parochianorum ejusdem Parochialis Ecclefiæ non negligeretur, imò forfan diligentius exerceretur, ipfique Capitulum in fuis neceffitatibus aliquod fubventionis auxilium fufciperent, ac onera eis ratione fabricæ & manutentionis ædificiorum ac ornamentorum, nec non fufentationis fex puerorum Choralium, & unius eorum Magiftri, ejusdem Ecclefiæ Gebennensis, & alias pro tempore incumbentia commodius perferre poffent. Pro parte eorundem Capituli afferentium, fructus, redditus & proventus dictæ Parochialis Ecclefiæ, & illi annexæ, feu Filialis Ecclefiæ Sancti Martini Titorniaci dictæ Diocæfis triginta Ducatorum auri de Camera, fecundum communem æftimationem valorem annuum non excedere, Nobis fuit humiliter fupplicatum, ut Parochialem Ecclefiam prædictam eidem Menfæ Capitulari perpetuo unire, annectere & incorporare, aliasque eis in præmiſſis opportunè providere, de Benignitate Apoftolica dignaremur.

Nos igitur qui dudum inter alia volumus, quod petentes Beneficia Eccleſiaſtica aliis uniri, tenerentur exprimere verum annuum valorem, fecundum æftimationem prædictam, etiam Beneficii, cui aliud uniri peteretur, alioquin unio non valeret, & femper in unionibus commiſſio fieret ad partes vocatis, quorum intereſſet, & in quorum etiam manibus præfatus Auguſtinus, & dilectus Filius Philibertus de Bona, Canonicus Gebennensis, afferentes, eis & eorum cuilibet in dicta Parochiali Eccleſia, vel ad illam jus competere, omni juri eis refpectivè in ipſa Parochiali Eccleſia, vel ad illam quomodolibet competenti, hodie per eundem Aphricanum etiam Procuratorem fubſtitutum, ab eodem Johanne ipſorum Auguſtini & Philiberti Procuratore, ad hoc ab eis refpectivè fpecialiter conſtituto, fponſe & libere ceſſerunt, quique ceſſiones ipſas duximus admittendas, præfatos Capitulum ac Capituli hujusmodi fingulares perſonas, à quibusvis Excommunicationis, Suspensionis & Interdicti aliisque Eccleſiaſticis Sententiis, Cenſuris & Pœnis, à jure vel ab homine quavis occasione, vel cauſa latis, fi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum duntaxat præſentium conſequendum, harum ferie abſolventes & abſolutos fore cenſentes, nec non dictæ Menſæ Capitularis fructuum, reddituum & proventuum verum valorem annuum, præſentibus pro expreſſo habentes, hujusmodi fupplicationibus inclinati, Parochialem Eccleſiam prædictam, five præmiſſo, five alio quovis modo, aut ex alterius cujuſcunque perſona, feu per fimiles reſignationem Ludovici, aut Ceſſiones Auguſtini & Philiberti prædictorum, vel cujuſvis alterius de illa in Romana Curia, vel extra eam, etiam coram Notario Publico & Teſtibus fponſe factas, aut Conſtitutionem felicis Recordationis

Johannis Papæ Vicelimi Secundi, Prædeceſſoris Noſtri, quæ incipit: Execrabilis &c.

Vel aſſecutionem alterius beneficii Eccleſiaſtici quavis auctoritate collati vacet, etiam fi tanto tempore vacaverit, quod ejus collatio, juxta Lateranenſis Statuta Concilii, ad Sedem præfaram legitime devoluta, ipſaque parochialis Eccleſia diſpoſitioni Apoftolicæ, fpecialiter vel alias generaliter refervata exiſtat, feu fuper ea inter aliquos liſ, cujus ſtatum præſentibus haberi volumus pro expreſſo, pendeat indeciſa, dummodo ejus diſpoſitio ad nos hac vice pertineat, cum annexa hujusmodi ac omnibus jurbus & pertinentiis ſuis eidem Menſæ Capitulari auctoritate Apoftolica, tenore præſentium perpetuo unimus, annectimus & incorporamus; Ita quod liceat eiſdem Capitulo per fe vel alium, feu alios corporalem dictæ parochialis Eccleſiæ, ac annexæ junumque, & pertinentiarum prædictorum poſſeſſionem, propria auctoritate libere apprehendere, & perpetuo, retinere, illiusque fructus, redditus, & proventus in ſuos, ac Menſæ Capitularis & parochialis Eccleſiæ prædictarum uſus, & utilitatem convertere, nec non eidem parochiali Eccleſiæ, per Presbyterum idoneum ſecularem, ad eorum nutum ponendum & admoventium, in divinis deſerviri, & animarum curam illius parochianorum hujusmodi exerceri facere, Dioceſani loci & cujuſvis alterius licentia fuper hoc minime requiſita.

Non obſtantibus voluntate noſtra prædicta, ac aliis Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoftolicis contrariis quibuscunque. Aut fi aliqui fuper provisionibus ſibi faciendis de hujusmodi, vel aliis beneficiis Eccleſiaſticis in illis partibus, ſpeciales vel generales, dictæ Sedis vel Legatorum ejus litteras impetrant, etiamſi per eas ad inhibitionem, refervationem, & decretum vel alias quomodolibet fit proceſſum, quas quidem litteras & proceſſus habitos per eaſdem, & inde ſecuta quæcunque ad dictam parochialem Eccleſiam volumus non extendi, ſed nullum per hoc eis quoad aſſecutionem beneficiorum aliorum præjudicium generari, & quibuslibet aliis privilegiis, indulgentiis, & litteris Apoftolicis generalibus vel ſpecialibus, quorumcunque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa, vel totaliter non infera, effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda ſit in noſtris litteris mentio ſpecialis. Proviſo, quod propter unionem, annexionem, & incorporationem prædictas dicta parochialis Eccleſia debitis non fraudetur obſequiis, & animarum cura in ea nullatenus negligatur, ſed ejus congrue ſupportentur onera conſueſta.

Nos enim prout eſt irritum decernimus, & inane, ſi ſecus fuper his à quoquam quavis auctoritate, ſcienſer vel ignoranter, attemptatum forſan eſt hætenus vel impoſterum contigerit attemptari.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, unionis, annexionis, incorporationis, voluntatis, & decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Anconæ, Anno Incarnationis Dominicæ, Milieſimo Quingentefimo Undecimo quinto, Idus Junii, Pontificatus noſtri, Anno octavo.

G. de Prato.

Bulla ad unionem reddituum Prioratus Satigniaci, Ordinis S. Auguſtini, cum Menſa Capitulari Eccleſiæ Gebennensis: an. 1512.

JULIUS EPISCOPUS.

Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

XI.  
Ex Arch.  
Reipub.  
Geney.



EX commisso nobis desuper Pastoralis Officii debito, votis illis, per quæ divinus cultus, & Ministrorum numerus in Ecclesiis quibuslibet, præsertim Cathedralibus insignibus augeatur, eisque decor & venustas accrescat, cum à nobis petitur, libenter annuimus, eaque favoribus prosequimur opportunis. Sane pro parte dilectorum filiorum Capituli Ecclesiæ Gebennensis nobis nuper exhibita petitio continebat, quod alias felicitis recordationis Clementi Papæ VII. prædecessori nostro, pro parte eorundem Capituli exposito, quod propter diversa ignis incendia, quæ eatenus in Civitate Gebennensi, & dicta Ecclesia casualiter contigerant, eadem Ecclesia multum in quibusdam collapsa fuerat, & in aliis ejus ædificiis minabatur ruinam, nec non fructus, redditus & proventus, ac possessiones & alia facultates dictæ Ecclesiæ adeo tenues, & exiles erant, quod ex illis præfati Capitulum dictam Ecclesiam debite reparare, & alia onera illi incumbencia commode perferre non poterant, idem Clemens Prædecessor, ut dicta ædificia reparari possent, Prioratum Satigniaci, Ordinis Sancti Augustini, Gebennensis Diocesis, eidem Ecclesiæ perpetuo uniri, annecti & incorporari mandavit, ita quod cedente vel decedente dicti Prioratus tunc Priore, seu Prioratum ipsum alias quomodolibet dimittente, liceret eidem Capitulo, corporalem dicti Prioratus possessionem, propria auctoritate, libere apprehendere, & perpetuo retinere, illiusque fructus, redditus & proventus in reparationem & relevationem onerum hujusmodi, & non in alios usus convertere, prout in ipsius Clementis Prædecessoris litteris desuper confectis dicitur plenius contineri. Et sicut eadem petitio subungebat, licet postmodum dicta unio facta fuerit effectum, ipsique Capitulum ipsum Prioratum ab illo tempore citra, cum illius honoribus & oneribus confueter tenuerint & possederint, in illoque ex post prout antea Sex Religiosi, seu Canonici regulares inibi præbendati, qui in Ecclesia dicti Prioratus decantare, & in divinis deservire habebant, existerent, quia tamen dicti Religiosi seu Canonici, ex eo quod dictus Prioratus in loco rurali & campestri consistit, absque Priore & Pastore existunt, ipseque Prioratus ab aliquo monasterio, à cujus Superiore secundum regularia instituta ejusdem ordinis instrui, & corrigi debeant, non dependet, adeo vagabundi & discoli existunt, ut amplius claustrum non teneant, nec religiose vivant, nec solum officium decantent, & quod deterius est, adeo in vita & moribus sunt deformati, ut magis videantur Seculares & Laici quam Religiosi, in ipsoque Prioratu, nedum inutiles existunt, immo ludibrio habentur, in maximum Religionis Christianæ dedecus, & quamvis præfati Capitulum, tam per caritativa monita, quam possibiles correctiones procuraverant, ut præfati Sex Canonici religiose viverent, & reducerentur ad frugem melioris vitæ, tamen causantibus prædictis, monitiones & correctiones prædicta nihil profuerunt, immo deterius vivitur. Et licet etiam præfati Capitulum habeant in Choro dictæ Ecclesiæ Gebennensis, qui ipse Prioratus unitus existit, ut præfertur, decem habitatos seu habitatos Presbyteros Seculares, quinque videlicet ab utroque latere, qui inibi in divinis, tam in Missis, etiam in majori altari celebrandis, quam in singulis horis decantandis deserviant, tamen pro tot oneribus supportandis præfati decem habitati non sufficiunt, sed sunt duo alii Presbyteri plurimum necessarii, ut ex utroque latere sex habitati existant; Verum si Mensa Conventualis dicti Prioratus, in quo hætenus non fuerunt nisi Sex Canonici, penitus supprimeretur, & ex illius fructibus, redditibus & proventibus, duo alii Presbyteri Seculares, qui alios decem Presbyteros associant, & ipsis in divinis, & Missis celebrandis adjuvent, deputarentur & manutenerentur, ex hoc profecto Salvationi animarum dictorum Canonice, cum divino cultus aug-

mento in dicta majori Ecclesia confuleretur, cederetque honori dictæ Ecclesiæ Gebennensis, pro parte dictorum Capituli assentientium, fructus, redditus & proventus dictæ Mensæ quinquaginta Ducatorum auri de Camera, secundum communem æstimationem valorem annum non excedere, Nobis fuit humiliter supplicatum, ut Mensam Conventualem Prioratus hujusmodi penitus supprimere & extinguere, illiusque fructus, redditus & proventus in sustentationem & manutentionem duorum aliorum Presbyterorum habituatorum nuncupatorum, qui aliis decem Presbyteris habituatis in Divinis & aliis Missis & Horis Canonicis celebrandis adjuvent, ipsosque decem Presbyteros associant, & quilibet eorum in altera parte dicti Chori residere habeat, convertendos constituere & deputare, aliasque in promissis opportune providere de Benignitate Apostolica dignemur.

Nos igitur, qui Ecclesiarum omnium, præsertim Cathedralium insignium, quæ Domus Dei sunt, decorem & venustatem, ac in illis Divini Cultus augmentum, ad ipsius Dei Laudem & Gloriam intensius desideris affectamus, præfatos Capitulum, ac Capituli hujusmodi singulares personas, à quibusvis Excommunicationis, Suspensionis & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententiis, Censuris & Pœnis, à jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, Mensam Conventualem dicti Prioratus Auctoritate Apostolica tenore præsentium perpetuo supprimimus & extinguimus, illiusque fructus, redditus & proventus in sustentationem & manutentionem duorum aliorum Presbyterorum habituatorum nuncupatorum, qui alios decem Presbyteros associare, ipsisque in Divinis & aliis Missis & Horis Canonicis celebrandis adjuvare, & quilibet eorum in altera parte dicti Chori residere debeant, convertendos, ita tamen quod præfati Capitulum in dicto Prioratu unum Religiosum pro Sacrista & alium Presbyterum Sæcularem vel Regularem pro perpetuo Vicario, qui onera illi incumbencia exercere, & Ecclesiastica Sacramenta ministrare habeant, quibus de congruis portionibus pro eorum sustentatione provideatur, deputare teneantur, eisdem auctoritate & tenore constituimus & deputamus, ita quod cedentibus vel decedentibus simul vel successivè modernis dicti Prioratus Canonice, liceat eisdem Capitulo loco dictorum sex Canonice, duos Presbyteros Sæculares, in Choro dictæ Ecclesiæ Gebennensis deputare & manutene, nec non dictæ Mensæ fructus, redditus & proventus in dictorum duorum Presbyterorum habituatorum, ac Sacristæ & Presbyteri in Ecclesia dicti Prioratus, pro tempore deputatorum sustentationem & manutentionem, & non in alios usus convertere, Diocessani loci vel cujusvis alterius licentia super hoc minimè requisita. Non obstantibus Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, ac Prioratus & Ordinis prædictorum, Juramento, Confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis & Consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscunque. Volumus autem, quod Ecclesia Prioratus hujusmodi debitis propterea non fraudetur obsequiis, & animarum cura, si qua illi immineat, per Sacristam & Vicarium pro tempore deputandos, diligenter exercatur & deserviat laudabiliter inibi in Divinis, ac ejusdem Ecclesiæ congruè supportentur onera consueta.

Nos enim ex nunc irritum decernimus, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari.

Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam Nostræ Absolutionis, Suppressionis, Extinctionis, Constitutionis, Deputationis, Voluntatis & Decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præ-



fumpferit, indignationem Omnipotentis Dei ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, Millefimo Quingentesimo duodecimo, Sexto Decimo Calend. Januarii, Pontificatus Nostri, anno decimo.

D. de Comitibus.

LEO DECIMUS.  
PONTIFEX CCXXI.  
ANNO DOMINI MDXIII.

**L**EO ex Illustri Medicæa Familia annorum triginta Pontifex eligitur, anno scilicet 1513. Sub hoc Lutherus contra Indulgentias insurgit, cujus Libros Pontifex comburi jussit. Mox Lutherus Jus Pontificium cremari fecit. Hinc Schismata ultrò citroque in Ecclesia oborta. Quadragenarius ferè Pontifex moritur Pontificatus sui anno nono. (*Magni Bullarii Romani Tom. I. hujus Editionis, Luxemb. 1727. fol. 525.*)

I.  
Ex Cartar.  
Syllabus  
Advocat.  
Consistor.  
pag. 31.

Declarat Julium Medicæum, (qui postea fuit Clemens VII.) fuisse legitimo thoro natum, aliorumque calumnias redarguit, qui eum ex illegitimo complexu prognatum asserbant: anno 1513.

LEO EPISCOPUS.

*Servus Servorum Dei, ad futuram rei memoriam.*

**A**D Romanum Pontificem in primis pertinet, non solum Salvatoris Domini nostri JESU Christi singulas actiones, quæ ad nostram sunt instructionem, verum etiam ejus verba, quæ non absque profundo sensus mysterio protulit, quique dixit: Ego sum Lux Mundi, quæ pulsis ignorantia tenebris, veritate prævia per rectam Justitiæ semitam cuncta ducit, imitari. Quocirca nos ejusdem Salvatoris nostri, licet immeriti vices gerentes in Terris, ac in Sede Justitiæ Divina dispositione locati, ex debito Pastoralis Officii, ut quorumcunque Personarum status, & conditio, prout decet, æquo libramine pensitentur, & unicuique suum tribuatur jus, curare tenemur, & comperta veritate, declarationis oracula clara, & plana facere, ut exinde erronea opinione, & contraria fama sublatis, omnis dubitationis fomes removeatur. Cum nuper fide dignorum relatione perceperimus, quod dilectus Filius Julius electus Florentinus, de quondam Juliano de Medicis, Cive Florentino, secundum carnem Patruo nostro, ac Floreta Antonii Muliere Florentina, tunc in humanis agentibus, genitus, quem hæcenus defectum Natalium pati reputatum, secumque tanquam defectum hujusmodi patiente, in provisionibus beneficiorum sibi factis, per Prædecessores nostros, & per nos, cum nuper de Persona sua Ecclesiæ Florentinæ, tunc certo modo vacanti providissemus, ipsumque illi præfecissemus in Archiepiscopum, & Pastorem, ut illi præesse posset, dispensatum fuit, quod in veritate ex legitimo matrimonio, inter eosdem Julianum, & Floretam, per verba legitime de præfenti contracto, & carnali copula consummato, procreatus erat, ac quod

aliqui ex testibus, qui tunc, quando Matrimonium hujusmodi inter eos contractum fuit, præfentes fuerant, adhuc vivebant. Nos ne erronea hujusmodi, & vaga fama veritati noceat, in Consistorio nostro secreto Francisco Sancti Joannis, & Pauli, & Leonardo S. Sufannæ tit. Presbyteris Cardinalibus, dilectis Filiis nostris, ut super causa, & negotio legitimitatis, vel illegitimitatis, ac Natalium Julii electi hujusmodi, etiam eo, vel alio pro eo non instante, vocatis sua in præmissis interesse putantibus, ex officio inquirerent, & cognoscerent veritatem, ipsis invicem, unum ex eis, aut alium, vel alios, prout eis videbitur, subdelegandi ad procedendum in præmissis, etiam Feriis de Mense Septembris, per nos indictis non obstantibus, facultatem tribuendo, ac postmodum quicquid super hujusmodi legitimitate, vel illegitimitate inveniretur, in eodem Consistorio referendi, vivæ vocis oraculo, ut in similibus fieri consuevit, commisimus, ac etiam super hoc commissionem manu nostra signatam, per duos ex nostris cursoribus præsentari mandavimus, ac fecimus, ipsique Cardinales Commissionis hujusmodi vigore, se ipsos ad invicem, & dilectos Filios Joannem Paschalis, & Gentilem de Carlenis, Clericos eorum Auditores, ad in hujusmodi inquisitionis causa procedendum, & quicquid per eos in eadem inventum foret, eis referendum, subdelegarunt, ac dilectum Filium Magister Angelus de Cæsis, Aulæ nostræ Consistorialis Advocatus, asserens se ejusdem Julii electi intimum, ac præcipuum amicum, ac sua interesse, ne quis indebitè vel injustè diffamaretur, tanquam talis, ac alias, ut unus de Populo coram præfatis Cardinalibus comparens, processum in hujusmodi causa per editum publicum in alma Urbe nostrâ, & Valvis Cancellariæ Apostolicæ, ac acie Campi Floræ affigendum contra omnes, & singulos sua in præmissis communiter, vel divisim interesse putantes, si qui forent, instituendum, & continuandum, ac citationem per editum, contra ipsos sua interesse putantes, ad dicendum, & excipiendum quicquid verbo, vel in scriptis, contra ipsam præfatis Cardinalibus, ut præfertur, factam, & præsentatam Commissionem dicere, sive excipere vellent, ad certum peremptorium tunc expressum competentem terminum, decerni obtinuit. Ac postmodum in eodem termino coram præfatis Francisco Cardinali Commissario, ac Joanne, & Gentile Auditoribus, ut præfertur, Subdelegatis comparens, editum citationis hujusmodi in Valvis, & acie prædictis per unum ex dictis Cursoribus, debite affixum, & legitime executioni publicæ demandatum, judicialiter reproductum, ac citatorum inibi contentorum non comparentium, nec aliquid contra ipsam Commissionem dicere, sive excipere curantium contumaciam accusavit, ipsosque contumaces per ipsos Franciscum Cardinalem, ac Joannem, & Gentile Auditores reputari fecit, ac etiam obtinuit, nec non postmodum coram ipsis nonnullis articulis super Natalibus, & legitimitate prædictis obtulit, & aliud citationis editum, contra ipsos interesse putantes similiter affigendum, & exequendum ab eisdem Cardinalibus ad dicendum, & excipiendum, quicquid similiter contra ipsos articulos dicere, sive excipere vellent, ac ad videndum, & audiendum ipsos articulos, ad probandum admitti, & testes super illis, ac tota causa hujusmodi jurare, & ad jurandum admitti ad certam diem juridicam tunc expressam, terminum quidem etiam peremptorium competentem, ac ad dandum interrogatoria, si qua dicti citati pro ipsis testibus interrogandis dare vellent, per totam illam, & sequentem dies, more solito decerni fecit, ac eadem die adveniente, editum posterioris citationis hujusmodi in valvis, & acie prædictis per unum ex dictis cursoribus similiter affixum, & executioni demandatum in illius termino prædicto, coram ipsis Francisco Card. ac Joanne, & Gentile Auditoribus etiam reproductum, & citato-

rum